Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



contideris. Pones ex eo coram taber
naculo testimonii. In quo apparebo
tibi. Sed cum stum erit uobis thya
thimama. Talem compositionem no
lite facere in usus uestros quia sanctum
est domino. Homo quicumque fecerit
simile ut odore illius perfruatur pe
ribit de plebe sua. XXXI

Locutus que est dominus ad
moysen dicens. Ecce uoca
ui ex nomine beselehel filio
uri filii ur de tribu iuda. et imple
ui eum spiritu dei sapientia. et intelli
gentia. et scientia. in omni ope ad ex
cogitandum fabre quid quid fieri po
test auro et argento. et ere et marmore
et gemmis. et diuisitate lignorum. dedi
que ei socium ooliab filium ahisame a
thisemech de tribu dan. et in corde omis
eruditi posui sapiam. ut faciant cuncta
que precepi tibi. Tabernaculum
federis et archam testimonii. et pro
piatorium quod super eam est. et cuncta
uasa tabernaculi. mensam que et
uasa eius. candelabrum purissimum
cum uasis suis. et altare thymiama
tis. et holocausti. et omnia uasa eo
rum. labrum cum basi sua. vestes
sanctas in ministerio sacerdotis aaron
et filius eius ut ministrent officio
sacerdotii. in sacro unctionis oleum. et thy
miama aromatum in sanctuario.
Omnia que precepi tibi facient. et
locutus est dominus ad moysen
dicens. Loquere filiis israel. et dices
ad eos. Videte ne sabbatum meum
polluatis. sed ut custodiatis. quia
signum est inter me et uos. in gene
rationibus uestris. ut sciatis quia e
go dominus qui sanctifico uos. Cus
todite sabbatum meum. sanctum
enim est uobis. Qui polluerit illud
morte moriatur. qui fecerit in eo o
pus peribit anima illius de medio
populi sui. Sex diebus facietis opus
In die septimo sabbatum est. re
quies sancta domino. Omnis qui fe
cerit opus in die hac morietur.
Custodiant filii israel sabbatum.
et celebrent illud in generationibus
suis. Pactum meum est sempi
ternum inter me et filios israel. Sig
num que perpetuum. Sex enim diebus
fecit deus celum et terram. et in
septimo ab opere cessauit. Dedit
quoque dominus completis hymnis
cum modi sermonibus in monte sy
nay duas tabulas testimonii
lapideas scriptas digito dei.

Videns autem XXXII
populus quod moram face
ret descendendi de monte
moyses. consurgens ad fratrem aa
ron ait. Surge fac nobis deos qui
nos precedant. moysi enim huic
uiro qui nos eduxit de terra egypti ig
noramus quid acciderit ei. Dixit
que aaron ad eos. Tollite in aures
aureas de uxorum filiorum que et fili
arum uestrarum auribus. et afferte
ad me. fecit que populus que iusserat.
deferens in aures ad aaron. Quas
cum ille accepisset. formauit ope
ri sculpto. et fecit ex eis uitulum con
flatilem. Dixerunt que hi sunt
dii tui israel qui te eduxerunt de terra
egypti. Quod cum audisset aaron.
edificauit altare coram eo. et pre
conis uoce clamauit dicens. Cras
solemnitas domini est. Surge